Ulterius dubitabit curiosus indagator: In cortice magis contineri vim prolificam. Nam quæ inoculatione propagantur, folia & fructus pariunt pro natura corticis inoculati: & arbores disseccati per transversum cortice, hortulanis testibus, radicitus inarescunt.

C XXVII.

Neutrum experimentum opinioni nostræ offert. Non prius. Quia ut jam intelleximus, & post melius intelligemus, folia & fructus suam ex cortice originem ducunt, germen autem ex subiecto ligno. Quare ut alias, ita hic ~~de~~ ^{de} ~~in~~ ⁱⁿ principiū sui, à quo deciditur, naturam unumquodq; referit.

C XXVIII.

Nec posterius: Quippe alia ratione pereunt arbor, & quis transsectionem est, cortex; illa; quia cortex ~~est~~ ^{est} ~~in~~ ⁱⁿ ~~est~~ ^{est} ratione in sustinet, & ~~est~~ ^{est} ~~in~~ ⁱⁿ: hic, quod alimentum interceptum sit; nisi forte quibusdam ex subiecto ligno, illi pertinaciter affixis, quemadmodum suberi, attuat.

C XXIX.

Potè, cum, quod exteris partibus vitam subministrat, locus medius decuit: & verò in plantis duæ partes occurrant maxime notabiles, radix & germen: merito in intermedio, hoc est, ~~est~~ ^{est} ~~in~~ ⁱⁿ ~~est~~ ^{est} sedes videatur plantarum cordi opportunissima. Arist. l. 2. de juv. & sen. c. 3. 2. de gen. anim. c. 4. de par. anim. c. 10. Conje-

DE PLANT. IN GENERE.

21

CXXX.

Conjecturam auger substantia partis illius, ab utrisque discrepans mollitie, & carnositates, & in multis vesca, antequam senio conficiatur, transference in substantiam ligneam, si resipiat, inq

CXXXI.

Robot denique phaseolorum, fabae, tritici & aliorum seminum inspectio, in quibus eo, quo dico, id est, bivalvia apparent loco, partem comprehendas ocelli in star, quo lacerato semen cum fecunditate vitam amittit. Hinc formicae sic edocet, à natura eam particulam eodunt, antequam recordant in tra horreum. Ibid.

CXXXII.

Ex hac parte radicis primum inde & germinis principium ducitur: reliqua autem seminis corpora, lentia primum illi nutrimentum suggestum: ideoq; patrum interest ad vitam, etiamq; vulneretur à vermiculis, modo pars princeps, qui nos ex Aristotele nomen fecimus, intacta relinquatur. Ibi. 1. de gen. anim. c. ult. l. 3. de gen. anim. c. 2.

CXXXIII.

Veteres, quod idem sentirent, cerebrum & cor dixerunt: quarum appellationem prior longè sagittissima est.

CXXXIV.

Sicuti namq; cerebrum in capite residet, unde vicaria illius spinalis medulla per spinæ filialam illapsa ad ossis sacri imum usque trajicitur.

CXXXV.

Ita à plantarum cerebro in capite, hoc est, radiis posito medullæ rivus agitur per totum caulem, veluti per spinam, utilius ibi vices sustineat.

CXXXVI.

Hæc hoc in loco pluribus inculcavim⁹, quod antiquo ritè precepta fenestrā aperient ad penitus introspicendum coctionis, adeoq; nutritionis modum in plantis.

Sane

DISPUTATIO IV

C XXXVII.

Sanc*e* in animalium ventre, qu*e* & exquisitiore eborum genere & spirituum copia non p*enitentia* d*icitur* indigebant, manifestas cavitates natura exculpsit, in quibus long*a* vari*a*que p*reparatione* nutrimentum crudum substantiam acquireret nutritendi corporis similem: & spiritus multus fieret, servente in vase humore multo.

C XXXVIII.

Nihil tale plantis: sed cum frugi essent simplici*que* alimento & spiritu pauc*o* content*ae*; satis fuit alterari humorem contactu medull*a* cordis, ut in animalibus hepar ex commun*i* sententi*a* facit.

C XXXIX.

Quare ut in hoc membrum ven*e* sparguntur cerebr*a* quidem, at exiles: ita etiam in plantarum genere ven*e* ex radice in cor pergiunt tenues & angust*e* valde, qu*d* alimentum ad principium innat*u* caloris tractum, inibique cunctatum diutius perfectionis ornatus*que* plusculum suscipiat.

C XL.

Tractum, inquam. Neq*ue* enim e*st* contendit suo imperio motu, sed n*on* ex*ist*it, id est, ab anima per venas elices astuctum, mod*o* sensibus aliquantum obscurior*u*.

C XLI.

Certe non sola naturarum convenientia: siquidem inter p*ro*n*ot*u*s* r*ati*o*n*is trahens & trax*u* rationem intercedere oporteat majoris in*equ*alitatis, hoc est, qua huic illud fortitudine antecellat.

C XL II.

Ite*q*; si una affinitas mater est, & velut *co*ns*u*er*t*u*ta* hujus tractionis, cedo, cur non potius terr*a* humor plant*a* humorem major minorem ad se pertrahat?

Mult*o*

DE PLANT. IN GENERE.

23

CXLIII.

Multo minus ratione vacui. Sic enim ære potius replerentur plantæ, cum istrahenti facilis obtemperet, cucurbitulis testibus, quæ ob id contra colicos insultus felici successu admoventur.

CXLIV.

Fingere etiam motum aliquem fibrarum rapientem, quod benignum est, & respuentem, quod infestum: est Platoni adulari, & sensum mangano quodam in plantas contra sensum & rationem intrudere. In summa quoquo te vertis, laqueos difficultatum, quibus induare, positos vides.

CXLV.

Enim verò statuendum aliquid certi; & ad scopum, quoad ejus fieri potest collimandum, hoc assumto Catholico: quod quæ villosa substantia constat, sicut autem sint, id est, talia, quæ humorum facile in se combinant, veluti linteæ, spongæ, & reliqua rūm opuscula, si cœsyphæ ambitu Aristotelii comprehensa. 2. de ort. & int. 2. sect. 20. probl. 8.

CXLVI.

Venæ igitur cum ejusmodi naturam bibulam acceperint, tractionem eorum non ego mirer ma- gis, quam vel ellychauri oleum ad flammam, vel penicilli humorem ad cucurbitam, verbi gratiâ, continuè perducentis.

CXLVII.

Adjuvatur tamen hæc illarum actio à calorē symmetro sub imperiis animæ constituto, in qua germina & fructus absumente, aut etiam sufficien- te in absumtæ particulæ locum, quod attractum est. 1. 2. gener. anim. c. 1.

CXLVIII.

Etenim id nisi fiat, aut fiat, verum justo citius fiat, ob instrumenti fortasse vitium, calorisque dese-

24 DISPUTATIO

defectum, humor aliud non succedit; unde plantas contabescere, randoq; emori necesse est ad do clavis insiden^{ti} GXLIX.
Atque ita jam liquevit. Accretio vero ut peragitur in plantis

V CL.

Respondeo: eð quo in exteris viventibus modo: calore nimium anima famulo, partes sursum deos sum, in omnes dimensiones extende, quibus deinde natura alimentum affigit & unit; largius tamen, quam caloris iugis peculatus, edaciq; de passione periit. lib. 2. de an. c. 2.

CL.

Unum hic admiratione dignum occurrit, quo ne ñope genio in tantam magnitudinem arbores ex crescunt, in quantum nullum animalium, ut & calore copiæ siore foveatur, consecutum scimus.

CLII.

Nolo me in exempla peregrina diffundere. Ipsa zilia vidimus, quæ etiamnum viget & crescit tam prodigiosa brachiorum vastitate, ut columnis lapideis undique subjectis fulcienda fuerit. Mensæ tum septuaginta & jam forsitan plures, pro convivio sub illâ statui quibant. Næ digna arbor, quæ vel primo scribatur loco inter alias à Scaligero celebatas, exercit. 166,

CLIII.

Atque hinc conjicimus, non à veritate dissentire propositus, de siccâ Indicâ Plinius quæ prodidit: l. 12. c. 5. umbras illam spargere ad biaorum stadium intervallum: & crassite caudicis ultra quæ sexaginta passuum orbem colligere: sepem item facere propaginibus in terram adactis circa caudem, fornicate ambitu sinitra quam pastores astivare soleant.

CLIV.

Sunt & herbaceis quibusdam suæ dotes & prærogative. Brassicam Scaliger capit tam grāndi pingit, ut unum illius folium homini procerò loco pallioli fuerit. Cucurbitæ fructus sàpè utriusque nlnæ complexum implet: ipsi vero plantæ juge-
rum non sufficit. l. i. de plant. Cæsalp. lib. 5. de
plant. c. 2.

CLV.

Hæc igitur & illa & ista unde proficiuntur, di-
cataliquis? Quod species à specie, cucumis à me-
lopepone, magnitudine discrepet, dubium non,
est, à formâ proficiisci. Quod autem hoc indivi-
duum sit habitius altero, v.g. quod Scaliger Ex. 171.
cucumis & quârit sesquipedes quinque, jam non
forma efficit, sed vel cœli clementia vel soli natu-
ra, vel humoris ubertas, vel cultura, vel aliud
accidens, quibꝫ promovetur impedituræ augmen-
tationis opus.

CLVI.

Aristoteles ita docuit. Sect. probi. 20. probl. 5.
Quæstus enim, cur συνολοις χύται πεποιηθωσι, cucur-
bitæ ollolis inclusæ grandiores fierent, causam
non in formam rejicit, verum alimenti copiam A. g.
μηνὸς πεποιηθεῖσαι εὐγένειαν αποδεικνεῖ.

CLVII.

Ad animalia quod attrinet, minus illa bona rati-
one ncrescunt; cum quia forma ita est; num quia
his alidi plurimum assumuntur in obcundas sensu-
um motusque operationes.

CLVIII.

Plantæ autem, cum soli officio nutritionis in-
dulgeant, pauciori calido majorem in molem ad-
lesere queunt.

Augmen-

CLIX.

Augmentationem fructificatio sequitur, *οὐτεκαθεύδεται τὸς ἡπερτικῆς ψυχῆς καὶ τοῖς ζωῶν ἔργον, ut cum Aristotele loquamur. l. de anim. c. 4.*

CLX.

Cum enim, ut cætera viventia, ita plantæ sibi singulis in perpetuum conservandis non essent, ergo *ἐπεργονοίσιν* in locum succenturiarunt suum, per quod *Ἐπὶ τὴν τροφὴν τὰς*, quoad possent, participia redderentur.

CLXI.

Fit hoc mediante semine, seminis vero analogo, facultatem habentibus transeundi in illud, à quo non nisi partium *ἐπεργονοίσιν* differunt. lib. 1. gen., ani. c. 1.

CLXII.

Semen est substantia candida, pinguis ut plurimum, modiceq; secca, genita, *εἰς τὸν περιττόν* *τοῦ στομάτου*, h.e. optimâ & purissimâ alimentatione, totius plantæ compendium arque inco-
at. l. i. gen., ani. c. 18.

CLXIII.

Est candida; cum quia inter principia, quæ ut plurimum carent; tamen quia intacta ab aëre (ita enim & flores nondum explicati, & folia, si obruantur, albican). Est pinguis; quia aëra & spirituosa. Est secca, cum mollicie propria; quia repurgata ab omnibus inquinamentis aquæ. autor l. de color. c. 1.

CLXIV.

Nec obstat, semina rufi, palmulæ, gladioli of-
ficiæ duritiem præ se ferre. Latet namq; in recessu
perpusillus nucleolus mollior, ægrè sub conspectu
veniens ob exilitatem.

CLXV.

Porro quemadmodum fœtui animalium, se-
plan-

DE PLANT. IN GENERE.

27

plantarum seminibus natura multiplicia
per h.c. in volucra machinata est, partim φυλακης
στρωγγιας, partim πλειστως χασιν.

CLXVI.

Quae ad tutelam circumdedit, eorum absunt
quedam imperfecto etiamnum semine, ut flores:
quedam retinentur ad alteram usque germinatio-
nam, ut calyx, & corollas.

CLXVII.

Flores quod attinet, sunt isti, ut Alexander
Aphrodisiensis in vestibulo suorum problematum
sugivissime disserit, nihil aliud, quam κίρινες οφε-
ληπτικης τε ταιχησιν αποκρισανθεις, addo &
οπιστηση εορδημ, orta ex spiritu, qui turgen-
te planta, ut in venere animalia solent, una cum
materia seminis efflat.

CLXVIII.

Hinc, antequam pandantur, vel insident fructu-
um rudimentis, ut in rosa, cucurbita, vel ea un-
dique circumpleteantur, ut in papaveres, paeonia
& leguminosum generem.

CLXIX.

Postquam vero explicati sunt, & fructus sese
prodit magis, vegetior auctiorq; factus, paulo post
iunctio, inutilesque decadunt, deficiente praesertim
materia, qua antea nutritiebantur.

CLXX.

Facile autem desit, quoniam tenuis est, & hal-
tiosa, id quod pluribus indicis colligas: florum
tenuitate, odoris fragrantia, mellea dulcedine,
in primis autem omnivaria colorum venustate,
qua non nisi spirituum sublimatorum opus est.

CLXXI.

Inter argumenta & hoc duxerim, quod nulli
nigri profus, herbaceive cernantur. Etenim uter-
que color humorem, non autem spiritum sequi-
tur:



tur; ille semper justum aliové corruptum modo; hic cum terrenis impuritatibus mixtum, soliq; expostum, quemadmodum in palude stagnante & mucusosā subgrundiorum cute contingit. Arist. scđ. probl. 21. prob. 4.

CLXXII.

Si qui tamen ad virorem vergunt, nisi mangonium accesserit aut corruptio aliqua, calyx in vicio fuerit, qui floriv. g. hellebori, pertinaciter inhexiens colorē illius saturā viriditate suā veluti suffocat & interimit.

CLXXIII.

Sumit is calyx originem ex tunica caulis: & in multa foliola secunditur tragopogoni, rosea, & aliis nonnullis integer est, ut medio, tumque theca non incommodè dicetur.

CLXXIV.

Etsi autem dehiscit cum floribus, quasi propignaturus illos; quia tamen ex cortice nutritur, solido cibo; non ut ille statim emaret; sed vel conivens iterum naturae servit ad continentū & perficiendum semen, ut in hormino, vesicaria.

CLXXV.

Vel umbiliculum efformat in fructibus; putamalis, mespilis, quorum summatae prope centrum insistit.

CLXXVI.

Flores, ut hunc recurramus, partibus triplicibus superbiunt. Foliis externis, cum divisus, ut in caryophyllis; tum indivisus, ut in simulace, & mirabilis de peru. 2. Stylo, in medio, v. g. liliū unico. 3. Et deniq; que hanc ambient, staminibus, plurib. pauciorib. pro numero feminum & sedis illorum.

CLXXVII.

Abs hac staminum (floccos alii puncupant) extremitate apices pendent, lucernarum fungis similes,

DE PLANT. IN GENERE.

29

les, numerosi & perquam adorati, quasi hi singulorum seminum propagines existant, ut in ranunculis periculum facere potest, quem laboris haud piguerit. **C L X X V I I .** Est etiam, cum stylus in oblongum corpus abit, folia autem & flocci in ejusdem squamas. Amen. tum & julum vocant in salice, corylo, juglande, aliisq; arboreis quæ hujusc rei causa meruerunt amentiferæ dici.

C L X X I X .

Non absimilis fuerit flos ricini, & quod sparsim è milii calamis summis effunditur jubarum modo, & diacunculi, ariq; cornu, & alia multa. Ut diximus mitum est naturæ ingenium, & opera illius ratiæ variegata; nec omnia recenseri queant: me-

C L X X X .

Adceptices sive putamina pergiwus. His quasi stipatoribus tutæ præstauit semina nos ras. S'egre. Imparatus avitus v. g. morsus contraq; vim ambi- entis aëris, ut secunditatem servent privilegio sin- gulati in multos annos, sepe quadraginta, quod nulli animalium concessum est.

C L X X X I .

Etsq; hic cortex vel externus, vel internus, in concinnando externo eam natura curam & discre- tionem adhibuit, ut semper mollioribus feminis- bus crassiorem & siccioribus tenuiorem obduce- ret.

C L X X X I I .

Hinc ille officus plerumque aut ligneus, ut in- persicis, nucibus, & ceteris acrodris; hic cartila- gineus, ut in melopepone, membraneus ut in baccis lauri evasit. Semper autem semina tanto perennant magis, quanto durius putamen nascit- lunt.

Cate;



30 DISPUTATIO CLXXXIII.

Ceterum ut ovorum testis pellicula subest molles, teneram fons materiam proxime amiciens ita inter corticem illum rigidum & semen alius intervenit intergerinus melior, qui in non nullis, castanea v. g. altius subiens in aliquot particulas medullam dirimit.

CLXXXIV.

Nectitur cum semine, quā parte cor est, mediante petiolo tenuissimo in cor desinente, per quem seminis materia veluti per umbilicalem venam influit. 1.3. gen. anim. c. 2.

CLXXXV.

Petiolum ille propago est venularum egredientium ex intimis germinum principiis ad fructum usque; ut & alimentum ferrent, & nisi caulis id officii subit, ut in taraxacone, narciso, pediculum constituerent, cuius interventu idem fructus, in primisque cortex durior, matris sive necteretur.

CLXXXVI.

Habemus igitur duos nexus: unum cordis cum interiore; alterum plantae cum exterioro cortice; eosque locis congruentes interdum, interdum discerpentes.

CLXXXVII.

Congruunt; fructu eo sedente modo, ut cor seminis interius spectet, v. g. in leguminibus. Discrepant, ubi contrarium sit: tumque necesse est, petiolum, de quo ante, intra tirorem corticem ascendere ad cor seminis extra spectans, ut in amygdalis, aliisque arborum fructibus videre est.

CLXXXVIII.

Quia vero alimenti pars purior in semen; ergo

cribellis.

DE PLANTIS GENERE.

31

crassior ~~res~~ ~~modis~~ in cortices secedit; id quod illorum color indicat: quem s^ep^e fallacioquendū brevitate toti semini ascribimus; modo rufus, modō puniceus, non etiam raro niger.

CLXXXIX,

Propter ammistas enim alimenti crassioris sortes nigorem adsciscere potuerunt, ut & alios cuiuscunque generis colores, pr̄ter unum viridem, qui in naturis siccis, quas inter sunt & cortices, vix locum invenerit.

CXC.

Operimenta, quæ ad seminum perfectionem conferunt $\pi\epsilon\mu\pi\pi\nu\omega\mu\pi\sigma\delta$, calorem intellectum hujus maturationis $\delta\pi\pi\pi\pi\gamma\pi$ ac veluti vulcanum cohibent, ne exterius transpirando semina evanida relinquit.

CXC I.

Proin jure merito seminibus plurimis & tam non omnibus obtigere; molliusculis quidem pericarpium: duriusculis, quod pericarpii proportionem sustinet.

CXC II.

Dico plurimis. Reperiuntur enim, sed perpau- ea, ut lithospermon, quibus ad custodiam caloris lapidea corticis durities faciat satis: quamvis ne hoc quidem, si oculorum intendas aciem, omni porsus tegmine spoliata cernes.

CXC III.

Sunt namque utriculi quidam barbatilinvolventes semen, dum maturuerit, eoque facto resupinantur, & nudum illud exhibent.

CXC IV.

Fœnulaceorum quoque semina talia videantur, quia in his cutis difficultius adjungitur a cortice obsequitatem & similitudinem substantiae. Idem ju-

96

dicum



32 DISPUTATIO DE

dicium de hordei, speltaque granis esto, à quibus non nisi molâ confractis τὰ λεύκα, hoc est, glumæ separari queunt: unde postea furfures fiunt.

C X C V .

Cæterum pericarpium nominantes carnem intelligimus fructui circumjectam. Fructus autem notatio haud eadem plebejo, grammatico, sapienti.

C X C VI .

Plebei, in quorum hæresi Theophrastus est, lib. 1. c. 3. fructum vocant, προγενέθρον ἐργα μετὰ τοσαραῖς, id est, totum ex semine, & semen continentibus coagmentatum corpus v. g. pomum, pyrum.

C X C VII .

Contra grammatici pugnant & allato etymo fructum interpretantur id solummodo, quo in cibis fruimur, sive nudum semen sit, ut juglandis, castaneæ &c. sive semini circumclusa caro, ut in persicis, coroneis.

C X C VIII .

Ab utrisq; dissident Philosophi, quibus οὐτε μηδὲ ταῦτα εἰσι: nec differunt nisi τοῦ αριστοῦ οὐτε τοῦ μηδὲ τοῦ αὐτοῦ εἴναι. αὐτοὶ γάρ τὸ έπονον τοῦ θεοῦ.

C X C IX .

Erit igitur iisdem φενεγμον quasi φενεγμον μᾶλα τρέφει: κατὰ τὸν στονον pulpolum & humectum corpus, semen molliusculum, instar emplasti tuberculis impositi ad maturitatem ducens.

C C .

Dum enim humore, quo ab initio scabebant, nimio digesto partim, partim mitione siccii intrâfato pericarpium maturatur in substantiam, nosteret siccitas ut in sylvestribus, sapidam & edulem, τὰ τοῦ αἰγαλείου αὐτογάροις αὐτοπίνακην τοῦ συνεστήθη.

DE PLANT. IN GENERE.

33

πλεῖστης ὡς δύναται αὐτόστιλον τελέτων ἐπεργον οἷον εἰς. l. 4.
meteor. c. 3. & 4.

C C I.

Substantia illa consistentiā variat, & sapore, &
colore, & aliis modis pro naturā corticis, ē quo
materiam sumit. Non enim ex internis, sed ex
corticē pulpa hæc protumpit, ut inoculatio ad o-
culum monstrat, quæ pulpam fert juxta oculi na-
turam; idq; rectā ratione.

C C II.

Etenim sicuti pars lignea & medulla cortex
muniuntur in germine: ita in fructu convenit
semen ex internis ortum integrali corpore, quod
ab externis originem dicit, & ut illic tria, sunt:
medullæ, lignum & cortex: sic in fructu tria,
semen, cortex & pericarpium repetiri par est.

C C III.

Pericarpium vel est proprium singulis semini-
bus v. g. prunis & malii punici granis: vel commu-
ne multis. Utrumque partibus ut plurimum gemi-
nis constat.

C C IV.

Unâ externâ & carnosâ, veluti odorato corio,
quod vasculi loco est: alterâ succosa, in quâ ja-
cent semina parvis, quò in secco sint, utrículis con-
gesta, ut in limonibus & aurantiis: vel membra-
neis leptis ab eâdem interstincta, ut in pomis.

C C V.

Ubi nota: situs harum partium permutati non-
nunquam ita, ut in meditullio corium, semina
in ambitu sedent acervata, quemadmodum moris
virisque accidit. Sunt enim veluti fucus inversæ.

c c 2

Peri.

84. DISPUTATIO. CCVI.

Pericarpium ita habet. Analogum illius quidem & quotuplex? Si usum spectes, convenient cum pericarpio; si substantię modum, disserit.

CCVII.

Cum enim semina quedam declinarent ad siccitatem: siccus quoque corpus fovēdis iisdem fabricandum fuit: siquidem Aristotelis effatum obtinet; τὰ ἔγγονα, inquietis, οὐτάς οὐ γοῖς, τὰ δὲ ξηράν τὸ ξηρόν πεπλασμένα τούτων μᾶλλον. lib. de resp. cap. 4.

CCVIII.

Quibusdam igitur floris tegmen, folium vero, pericarpii loco tributum est; aliis aliud in volvendum, modo unū semini, ut in avellania; modo pluribus continentis destinatum, conceptaculis instar: idq; non sub unā figurā.

CCIX.

Sunt, quæ corniculum mentiuntur; (siliquas dicimus.) sunt, quæ caput; sunt, quæ vesicam, alias vē figuras exprimunt; cavitate nunc singulari, ut colutea; nuac in plures loculos dissecta, membranis intercursantibus, ut in papavere: habentque hæc distinctio suum etiam in pericarpis usum.

CCX.

Conceptacula, quoniam ē cortice nascuntur; merito, ut ille, partem molliorem extra, duriorēm intrā conditam habent.

CCXI.

Pater hoc in siliquis, quarum substantia exterius gradat tenerescit, ut edendo sit, interdum cruda;

ut

ut in siliquis propriè sic dictis : interdum cocta,
ut in pisis.

CCXL.

Non ita pars interior. Dura namque est & car-
tilaginea, ac proinde rumpitur absolute semine,
& cum crepitu saepe ejaculatur illud, ut non nisi à
peritis legi queat.

CCXLI.

In pericarpiorum vasculis, tametsi debebat idem
fieri, ob tutelam tamen pericarpii mollioris ordo
hic commodam inversus fuit.

CCXIV.

Præter dicta invenitur in aliquibus, Chamæne-
rio, hirundinariâ, cichoraceis &c. lanugo sifipans
& sarcinens semina, cumque iis avolans vasculo re-
licito, propter levitatem. Pappus vulgo dicitur.

CCXV.

Hujus generis lana illa succida fuerit, quam
Brocardo monacho teste, In descript. terræ sanctæ
fruticis cuiusdam folliculi in terra sanctâ profe-
runt.

CCXVI.

Cumque siccitate polleat lanugo : igitur è cor-
tice semenis videtur efflorescere : in coque distat à
pericarpii pulpâ, cum quâ operis alioquin socie-
tate communicat.

CCXVII.

Atque hæc de plantarum semine. Quæ propor-
tione his respondent, duo sunt : soboles & pulvis.
Nam per utrumq; viæ sunt propagari plantæ.

CCXVIII.

Soboles ad semen se habet, veluti fœtus vivens

ad ovum. De hīc Theophrastus audiendus est,
Vingium & Arachidnam fructum intra terræ vi-
scera emoliri scribens.

C C X I X .

Soboles hāc vel radix, in coata est, vel germen,
vel utrumque magnitudinem conspicuam ade-
ptum.

C C X X .

Exemplum capere licet ab aliis spicis & à lilio,
quod ex unā sēpē radice, si Plinto fides, quinqua-
genos bulbos remittit, ē quibus postea totidem
plantæ consurgunt.

C C X X I .

Omnium autem evidentissimè patet in denta-
riā minore, cruentoque lilio. Præter enim se-
men, radiculas gignunt in singulis foliorum alis:
quibus decidentibus in terram, nova planta
erupit.

C C X X I I .

Pulvis veluti lanugo quædam furfuracea est: se-
men imperfētum referens, filicisque polypodiij &
similium herbarum foliis inhærens.

C C X X I I I .

Atque hīc jam finis esto commentationi nostræ:
in quā firem acu minus tetigisse videbimus inge-
niis subtilibus, tantum abest, ut velimus *τὸν λόγον καὶ θέσιν Διαφυλάκηθ*; quin potius rectiora
docentibus totos nos reformatos, & si lievelint,
recoquendos lubentissimis animis daturi simus.
Plura autem & pleniora afferemus de stirpibus in-
plane novis ē Scaligero Exercitationibus ad The-
ophrastum de causis plantarum & ad Aristotelem
de

D E P L A N T . I N G E N E R E .

39

de Plantis, quæ æquum patronum & commodum
bibliopolam propediem exspectant lucemque
adspicere gestiunt, D E O uno nobis fayen-
te & valetudinem prosperam lar-
giente.

F I N I S .



ЯРЯИ МИЛЫАЧА
титулъ твърдъ въ мънъ дълъжъ въ
търдъ въ мънъ дълъжъ въ
търдъ въ мънъ дълъжъ въ

— Първъ възможъ въ

—

—

Ung IV A 220

ULB Halle
003 128 660

3



5b.

Z

18
16
17

Farbkarte #13



B.I.G.

SPECIALIS
SICÆ PARS
Tergemina.

I.
PLANTIS.

II.
NIMALIUM
partibus,

III.
E ANIMA.

jam
uprosus recens & M.S.
edita.

a
TINO HARTUNGO
ophia & Medicinæ D.
Professoreque
lim Autoris auditore.

LIPSIAE,
Caspari Clofemannii,
1700 M. DC. XXV.